



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Thesavrvs|| Locorum|| Commvnivm|| Jvrisprvdentiaë

Barbosa, Agostinho

Lipsiæ, 1697

Cap. XXIII. Reditus annui.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80071](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80071)

CAP. XXII.
Redhibitio quanti mi-
noris.

Axioma I.

Quoties res emta emtori penitus inutilis est, toties ad redhibendum agitur, quia hic penitus deficit consensus, & quia iniquum est emtorem ita frivole decipi. l. 1. §. 2. ff. de Edil. Edict. Exemplum est in mancipio furioso aut lunatico vendito l. 43. §. 6. ff. eod. Item in quadrigis l. 34. in fin. ff. eod. & l. 38. §. fin. eod. in carne morbofi animalis. Oldendorp. in Class. 4. act. 2.

II.

Quoties res emta ex parte inutilis est emtori, toties agitur actione quanti minoris. Ratio consistit in aequitate, & quia sic tantum pro parte deficit consensus in re pro parte inutili. v.g. si equus sit calcitrosus.

III.

Quoties quis titulo oneroso rem accepit, toties alter tenetur ad evictionem & redhibitionem, quia alioquin alter damno afficeretur, utpote qui utilitate rei & pretio defraudaretur. Exempla sunt in emtione, in permutatione similive contractu innominato, quò res in alium transfertur l. 1. C. de Rer. Permut. l. 29. C. de Evict. in datione in solum l. 4. C. de Evict. divisione rerum communium vel hereditatis l. 66. §. ult. de Evict. transactione l. 30. C. de Transact. locatione conductione l. 9. l. 33. locati. Contractu emphyteutico arg. §. 3. in fin. de locat. conduct. donatione quoque remuneratoriâ, quia hæc se habet ad instar tituli onerosi. Brunneinan. ad l. 2. C. de Evict. Carpz. P. 2. Conf. 34. def. 24.

CAP. XXIII.
Reditus annui.

Axioma I.

Reditus annui inter immobilia computantur, itaque à præstandâ cautione exculant: & si civitatis vel minorum sunt, sine decreto & solennitatibus alienari non possunt. Perez. C. de divers. præd. urban. n. 1.

II.

Emtio reddituum frumenti & vini, Frucht- Guldent/valent. Recess. Imper. de Anno 1577. cap. 19. §. 2. Christin. 1. decis. 208.

CAP. XXIV.
Reductio.

Axioma I.

Reductio ad arbitrium boni viri est species appellationis: & similis ei, l. non distinguemus 32. §. cum quidam 14. de arbit. Bald. in c. 1. §. fin. col. 2. quo temp. miles, idem in l. societatem §. arbitrorum. col. 5. in princ. vers. quero quis erit iudex. ff. pro soc. Speculat. de arbit. in princ. vers. quid si à tempore. Paul. de Caltr. consil. 75. Viso com-

promisso. Idem Paul. Castrenf. & Alex. in l. societatem. §. arbitrorum ff. pro socio. Anton. Buttr. & Abb. in cap. Quintavallis de iurejur. Jac. Phil. Port. Imol. consil. 76. num. 23. sed non vera appellatio, sed simpliciter querela, Bald. in addit. ad Speculat. de arbit. colum. 2. vers. an processus. imò est quasi appellatio, Alexand. in §. cum quidam. & Bald. in d. l. fin. C. ut lit. pendente. & Bart. in l. fin. de appell. Adeoque & intra decennium debet introduci. Schrader. consil. 50. n. 31. & segg. Umm. de process. disp. ult. n. 34.

II.

Reductio est actio de iniquitate, non de nullitate, Bald. in l. 1. C. de recept. arb. Alexand. in d. §. Arbitrorum. colum. 4. ff. pro soc.

III.

Reductio suspendit sicut appellatio, Bald. in cap. 1. §. fin. col. 1. in fin. vers. & nota quod tria sunt. Quo tempore miles in usib. Feud. Bart. in re- pector. juris. verb. appellatione pendente.

IV.

Reductionem petens debet petere prius absolutionem à iuramento compromissi, Feder. de Senis consil. 125. Super eo quod quaritur. dub. 2. Bald. in l. 1. in fin. C. si advers. vend. c. debitores. de iurejur. cap. cum contingat. eod. tit. Ludovic. Pon. in rubr. de arbit. vers. sed redeundo. vide tamen Bart. in l. fin. ff. qui satisd. cog.

CAP. XXV.
Refectio.

Axioma I.

Refectio facilius conceditur, quam nova constructio, Jalon in l. quo minus. num. 107. ff. de sum. Berous consil. 144. num. 50. lib. 3. hinc nisi civitati ad novum opus specialiter pecunia legata sit, vetera ædificia ex ea reficienda. l. 5. §. 1. de admin. rer. ad civit. pertin.

II.

Quoties pristina rei facies non mutatur, aut damnum vicino non datur, toties refectio alicujus rei impediri nequit, quia sic impedire volentis non interest, nec ipsi præjudicatur: ergò ut id, quod sibi non nocet, mihi verò prodest, admittat, compellitur. l. in summa 2 §. 5. ff. de aq. & aq. pluv. arcend. Exemplum est in reficiente iter seu actum l. 3. §. 11. & 12. de itin. actuque privato.

CAP. XXVI.
Reformatio.

Axioma I.

De natura verbi reformare est tantum in parte tollere, l. Juris gentium 7. §. adeo 6. ff. de pact. Gloss. in cap. statutum. verb. reformandum. de rescript. in 6. l. vestigalia 14. de publican. Natr. consil. 484. n. 17. tom. 3. Reformare enim est aliud, quam in totum tollere, l. unic. §. cum triplici 2. ibi: vel tollitur vel reformatur. C. de caduc. toll. d. l. vestigalia de publican.

II.

Reformatio contraria statuto, quod vel ante
(S) 4 vel